

Band XI., Nr. N5647, Seite 512-513

*Abt Otto und Konvent von Ellwangen überlassen dem Kloster Gotteszell
zwei Höfe in Neubronn als Wachszinslehen.*

Ellwangen (Burg), 1266. Ohne Tagesangabe.

Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris, quod nos abbas Otto et conventus ecclesie Elvacensis duas curias sitas in Neubronnen quas colunt Conradus de Isingen et Marquardus gener Henrici dicti Neukome, quibus a nobis comes Ludovicus de Spicenberg fuit infeodatus et eas nobis per suas literas resignavit, libere damus et assignamus ecclesie sancte Marie de Cella Dei iuxta Gamundiam priorisse et sororibus ibidem deo famulantibus in perpetuum possidendas, ita quod in signum recognitionis, quod a nobis ad ipsas predicte curie manaverint, solvant ecclesie nostre annuatim duas libras cere in die sancti Viti patroni ecclesie nostre custodi eiusdem ecclesie assignantes.

 Acta sunt hec anno ab incarnatione domini millesimo CCLXVI., presentibus decano ecclesie Elvacensis, fratribus Predicatoribus domus Eslingen fratre Alberto de Stauphen et fratre Diepold, domino Diarmaro milite de Swabesberg et scriptore de Ellwangen, in castro Ellwangen.

—
Nach der Abschrift im Kopialbuch des Klosters Gotteszell von 1692, S. 735, sign. *Fundationsbuch*.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

H 14 Nr. 116, S. 735

Editionen:

Württembergische Vierteljahrshefte (1911), S. 10.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Ellwangen (Burg)

Ortsindex:

Ellwangen (Jagst) Wohnplatz (4362)
 Ellwangen (Jagst), AA
 Essingen Wohnplatz (4431)
 Essingen, AA
 Esslingen am Neckar Wohnplatz (331)
 Esslingen am Neckar, ES
 Gotteszell Aufgegangen (22663)
 Gotteszell, aufgegeg. in Schwäbisch Gmünd AA
 Hohenstaufen (Burg) Wüstung (21669)
 Hohenstaufen (Burg), Göppingen, GP, W
 Neubronn Wohnplatz (4213)
 Neubronn, Abtsgmünd, AA
 Schwabsberg Wohnplatz (5165)
 Schwabsberg, Rainau, AA
 Schwäbisch Gmünd Wohnplatz (4879)
 Schwäbisch Gmünd, AA
 Spitzenberg (Burg) Wüstung (21678)
 Spitzenberg (Burg), Kuchen, GP, W